

Vg  
2812









60. 15.

Vg  
2812

INTIMATIO,  
SEV SCRIPTVM  
PVBLICE PROPOSITVM,  
IN CELEBERRIMA  
Academia VVitebergensi

A

PETRO CALAMINO  
ANTEQVAM PRÆLECTIO-  
NEM LOCORVM COMMVNIVM  
Domini PHILIPPI MELANCH-  
THONIS inchoäret.



VVITEBERGÆ,  
Typis Zachariæ Lehmanni.

M. D. XC.





10

INTITULATIO

SEVEN SCRIPTVM

EVANGELII

IN

EVANGELII


PETRO CAPAMINO

AM

IN

EVANGELII

IN



VITTEBERGA

Typis Zachariae Schmidtii

M D XC

INTITULATIO

EVANGELII

IN





STVDIOSIS DO-  
CTRINÆ CHRISTIANÆ  
IN ACADEMIA VVITE-  
BERGENSI S. D.

**V**TILITER POLYBIVS  
suadet: ut illi qui rectè in historiarum  
lectione versari volunt, ante omnia,  
uniuersam mundi historiam ἐπιμαρτυροῦν  
σώφρων ἄγαν καὶ σωματοποιῶν contendant. Quod quidem  
consilium etsi ab historico, historiarum candidatis  
datum est: iure tamen ac merito, ad omnes discipli-  
nas extenditur. Quicumq; enim aliquam doctrinam  
feliciter tractare cupiunt: ij in primis operam dent,  
necesse est: ut integrum illius quasi corpus, in sua  
primaria membra distinctum, atq; ordine distribu-  
tum, uno quasi intuitu complectantur. Habet hu-  
iusmodi σωματοποιῶν complures utilitates. Primò ad  
claritatem & perspicuitatem doctrine facit. Cum  
enim initia, progressiones ac meta discendorum iam  
prospiciuntur: non tantum series ac connexio parti-  
um ad totius constitutionem concurrentium rectius  
animaduertitur: sed etiam singula partes per se &  
collatione ad alias, oculis subiecta, propius aspiciun-  
tur,



tur, meliusq; intelliguntur. Deinde summaria totius disciplina comprehensio, ad doctrinae veritatem ac certitudinem perspicendam plurimum conducit. Quando enim omnia integri membra, uno quasi intuitu contemplamur: facile perspicimus, quis eorum consensus, qua conspiratio existat. Ac sicubi discrepantia eorum deprehenditur, errorem admissum esse sciamus: quemadmodum harmonia ac consonantia omnium membrorum inter se & cum principijs, veritatis certissimum argumentum habetur: siquidem in confesso semper fuit: Verum vero consonare: falsum autem nec cum vero, nec secum consistere. Tertiò idea totius, animo concepta, allicit ingenia liberalia ad plenam rei alicuius inquisitionem, & in eius cognitione cum voluptate non vulgari detinet. Sicut enim viatores eam quam norunt viam, non facilius tantum, sed etiam libentius eunt: ita qui doctrinae alicuius systema mente iam complexi sunt, dum contemplantes per quodammodo nota transeunt, atq; ordinem, seriem, connexionem ac consensum partium vident, in consideratione mirificè detinentur, & cum, quantum sibi conficiendum restet prospiciunt: ad finem pervenire, omni conatu annituntur. Quid quod ij, qui integri membra,  
præcipua



præcipua summam iam memoria tenent, alia quæ legunt, vel audiunt, facilius arripiunt, rectius iudicant, & firmiter meminerunt: quando unumquodque statim ad suas classes & in suum quasi nidum referunt, & ex ijs quæ iam perceperunt, estimant. Sicut igitur pictores id quod imagine representare moluntur, initio totum rudissimè delineant, postea singulas eius partes accuratius efformant, & coloribus suis illustant: ita is qui cognitionem rerum in aliqua scientia vel arte consideratarum, sibi acquirere studet, id enitatur, ut summam primò uniuersa illius disciplina, mente complectatur: ac deinde successu temporis quasuis eius partes, ordine diligentius euoluat, & penitus inquirat. Hoc verò, etsi in omni studiorum genere verissimum est: de theologia tamen tantò magis valet, quantò minus eà omnes homines carere possunt, quantoque ea à principijs & luce naturali remotior, eoque difficilior est, quàm reliqua disciplina. Certè summaria doctrina sacra comprehensio, & fundamenti præcipuè cognitio, necessaria est omnibus saluandis: Vt priuatim quid ad consequendum salutem ipsis credendum & faciendum sit, sciant: ut conciones sacras quas audiunt, intelligere queant: ut Spiritus



obare & pseudoprophetas cauere valeant. Reliqui autem, qui docendo alios in schola, vel templo, DEO & Ecclesie seruire cogitant, cum perfectiorem et solidiorem rerum sacrarum noticiam habere debeant, eam sine compendiarum doctrina prius percepta, nunquam sibi comparabunt: nec suis auditoribus integram & solidam doctrinam, ordine ac perspicue tradent, nisi ipsi prius œconomiam rationis consequendi salutem, animo complexi fuerint: nec sine ista norma, vel scripturam commodè interpretari, vel controuersias Ecclesiasticas diiudicare poterunt: cum omnem prophetiam fidei analogam esse oporteat. Graui ergo & sancto consilio Apostolus 2. Timoth. 1. Habeas, inquit, hypotyposin sanorum sermonum, quos à me audiisti, in fide, & dilectione in Christo. Quibus verbis non tantum precipit, ut ~~in~~ Christianismi animo infigatur: sed etiam qualis ea esse, que capita, que ratione, & quo genere sermonis continere debeat, ostendit. Dum enim fidei & charitatis in Christo mentionem facit, docet, summam istam doctrinam, precipue Euangelium & legem complecti oportere. Sicut passim tota Scriptura, ad hæc duo capita reuocatur. Hypotyposin an-



sin autem cum nominat: breuitatem, ordinem &  
perspicuitatem requirit: Vt oculis quasi res aspi-  
cienda subijciantur. Sana deniq; verba quando  
postulat: non tantum rerum vocibus significata-  
rum veritatem, & ad edificationem aptarum de-  
lectum, sed etiam sermonis proprietatem, clarita-  
tem, & cum phrasi scripturae congruentiam efflagi-  
tat. Exemplum enim suum allegat, & à se tra-  
ditos sermones retineri iubet. Porro, etsi tales  
*ἱστορῆσεις ὑγιωνόντων λόγων* à multis magnis viris, quos  
DEVS Ecclesiae suae singulari beneficio largitus  
est, conscriptae extant: de quarum laude nihil de-  
cerpo, sed suo quamq; loco relinquo, ac DEO poti-  
us toto pectore gratias ago, quòd verbum suum ita  
abundè inter nos habitare velit: Sicut tamen  
Hesperus, alios nocturnos ignes iurare suo antecedit:  
ita loci communes viri clarissimi, & de Ecclesia &  
scholis optimè meriti, D. PHILIPPI MEL-  
LANCHTHONIS, inter alia huius generis scri-  
pta, eminent atq; excellunt. Cui quidem libro,  
admirationem atq; amorem omnium bonorum ac-  
piorum merito conciliat, studium veritatis, quam  
adeò sectatur, ut illà sibi nihil prius aut antiquius  
ducat: dexteritas & prudentia, quam maxime ne-  
cessaria



cessaria deligit & inculcat, prætermisissis vel spinosis vel inutilibus: φιλησυχία, qua coniunctioni & concordia Ecclesiarum unice studet: Pietas singularis, qua omnes disputationes ad usum atq; exercitia fidei & pœnitentiæ semper transfert: Genus deniq; ac forma orationis non solum propria & clara, ac cuius latinè intelligenti obuia, sed etiam sacra scripturæ & theodidactis usitata. Non igitur amore tantum Domini PHILIPPI, sed vero constantiq; iudicio, insignis ille Iesu Christi servus Dominus LUTHERVS, de hoc libro, Nunc, inquit, DEI gratia extant methodici libri quamplurimi. Inter quos loci communes PHILIPPI excellunt: ex quibus theologus & Episcopus pulchrè & abunde formari potest, ut sit potens in sermone doctrinæ pietatis. Alia illius summi viri & aliorum huic iure adstipulantium testimonia, non necesse est hic cœacervare: Cum & ab alijs collecta sint, & vino vendibili, secundum proverbum, suspensa hedera non sit opus. Bono igitur atq; utili consilio eorum qui studijs nostris præsent, iam olim constitutum est, ut liber ille locorum communium à D. PHILIPPO conscriptus, publicè in hac academia, in qua natus est, explicetur ac repetatur. Etsi au-



Etsi autem huic muneri, quod & per se longè  
difficilimum est, & temporibus hisce exulce-  
ratissimis maxime periculosum, varijsq; ca-  
tumaijs obnoxium, vires meas plus quam im-  
pares esse agnosco, & libens fateor: ideoq; o-  
ptarim, illud alterj alicui, qui maioribus do-  
nis, ad id obeundum requisitis, diuinitus in-  
structus sit, demandatum esse: quia tamen  
D E O, per suos ministros vocanti, & auxi-  
lium suum promittenti, fidendum atq; ob-  
temperandum est: non meum nominisq; Chri-  
stiani esse duxi, ex diffidentia, partem hanc  
laboris honestissimi desigere, ac diuinæ volun-  
tati repugnare. Quod ergo felix ac fau-  
stum sit, D E O gloriosum, Ecclesia utile, stu-  
diosæ iuuentuti fructuosum, ac mihi salutare,  
fretus benignissimi D E I, presenti guberna-  
tione operas illas, siue repetitionis siue expli-  
cationis, post mercatum Lipsicum, in audito-  
rio magno aggrediar, ac præmissa ad diem  
XXII. Maij hora nona, ut moris est, ora-  
truncula, postea ad XXV. eiusdem mensis di-  
em, hora secunda pomeridiana, ibi ubi clarif-  
simus

B.



simus vir, Dominus Doctor Henricus Maius  
substitit, (quando leges Academiae hoc iubent)  
D E O fauente pergam.

E si autem non ausim polliceri, me tan-  
tum prestiturum, quantum huius officij digni-  
tas atq; amplitudo postulat: id tamen non  
dubito affirmare, me D E O adiutore, fideli-  
tatem meam, candidè iudicaturis probaturum,  
atq; enixè operam daturum, ut intra bienni-  
um, si D E V S voluerit, totum librum per-  
curram, & ad eum locum, unde iam auspi-  
cor, reuertar.

Oro etiam pios & doctos auditores, ut in  
me audiendo, equitatem & modestiam suo  
ordine dignam prestent, ac cogitent, rerum  
cœlestium tractationi, non solummodo meam  
tenuitatem, sed omnium etiam perspicacis-  
simorum atq; eloquentissimorum hominum  
vires impares esse. D E V M eternum  
patrem Domini nostri I E S V C H R I S T I,  
ardentibus votis precor, ut in nostra infirmi-  
tate, potentiam suam perficiat, nos in omnem  
veri-



veritatem ducat, & in ea ad vitam eter-  
nam sanctificet, Amen. Bene & feliciter  
valete. V Viteberga. III. Maij,  
Anno à Christo nato  
1 5 9 0.

Petrus Calaminus.





OK 292812

Peter's Almanac

m. 12





**ULB Halle**

3

004 371 658











B.I.G.

Farbkarte #13

INTIMATIO,  
EV SCRIPTVM  
VBLICE PROPOSITVM,  
IN CELEBERRIMA  
Academia VVitebergensi

Vg  
2812

A  
ETRO CALAMINO  
NTEQVAM PRÆLECTIO-  
NEM LOCORVM COMMVNIVM  
Domini PHILIPPI MELANCH-  
THONIS inchoâret.



VVITEBERGÆ,  
Typis Zachariæ Lehmanni.

M. D. XC.

